


In hoc volumine continentes Disputationes sequentes.

- 1) Stranig de ululatu in sacris minervas. b.3
- 2) de sacris gentium in montibus Freytag. b.4.
- 3) Schning de igitr gentilium factis in montibus sacra mynico. b.5.
- 4) Blum de Antropophrys Gentilium. b.3.
- 5) Berger de evocatione deorum oppidis Oppidis b.5.
- 6) Gebhardi de Gog et Magog. b.3.



29.

ב'ה

היקף וקוטר הים מוצך:

SIVE

DISSERTATIONVM

PHILOLOGICO-MATHEMATICARVM

DE

MARI ÆNEO TEM- PLI SALOMONEI,

SECUNDA,

SISTENS MARIS ÆNEI FIGVRAM ET RATIONEM DIAMETRI

AD PERIMETRVM

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

Dn. GVILIELMO HENRICO

SAXON. JVL. CLIV. MONT. ANG. ET WEST-
PHALIAE DVCE, &c.

IN ACADEMIA JENENSI

SVPERIORVM CONCESSV BENEVOLO

AD D. AVGUSTI, clo locc XV.

VENTILABIT

PRÆSES

M. ALBERTVS FRIDERICVS *Brehy*

RESPONDENTE

JOH. PAVLO HAASIO,

VVACHSTENA-FRANCO.

JENÆ, TTPIS VVERHERIANIS.



1515. 1515. 1515.

MARYANUS

MARYANUS
SANCTI SAUATORIS

SISTENS VARS ETI TIVOLI ETI DILECTI
ETI TERRAM

LEGITIMUS MARYANUS

DIGAVIT MARYANUS

2000. 2000. 2000.

IN AERIA LUNA

SUBROTUM. SUBROTUM. SUBROTUM.

AD D. ADRIANO. ADRIANO.

JOH. PAUL. JOH. PAUL.

ACADEMIA. ACADEMIA.

1515. 1515. 1515.

FLORENTISSIMÆ CIVITATIS IMPERIALIS
WEISSEN BVRGI
IN FRANCONIA
SENATVI ORDINIS PRIMARII
GRAVISSIMO.

VIRIS
MAGNIFICIS, PRÆNOBILISSIMIS, EXCELLENTISSI-
MIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS QVE
DOMINIS,

DNN. CONSVLIBVS,
DN. SYNDICO,
DNN. SENATORIBVS RELIQVIS,

VNIVERSIS
Patriæ PATRIBVS
MÆCENATIBVS, PATRONIS, ET FAVORIBVS
MEIS

OMNIGENAM CVM PROSPERITATE
SALVIEM!

VIRI


MAGNIFICI, PRÆNOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI,
AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI!



Antisne æterno stemmate , egregisque
meritis præclaris Nominibus, rem tantilla dignam? Iple sane tacitus me-
cum meam demiror audaciam, qui à
me, has Vestris Nominibus inscribere
quaesunque pagellas potuerim impetrare. Ve-
rum mirari desino , ubi Vos Mæcenates rescisco,
qui Lyræ Horatianæ vel Dodecaastichon Nominibus
Suis sacrum decantanti sunt faciles. Præter hanc
laudatam Benignitatem , ex parte mea incubuit,
quem Vobis debeo , cultus , quacunque occasio-
ne data, re ipsa demonstrandus, quam , cum jam
obtigerit, non solum arripui, sed & de ea oblata mihi
sum gratulatus ; atque etiamnum gratulor ; modo
Vestrum Favorem atque Benevolentiam huic o-
pellæ expetierim & mihi

Dab. Jenæ d. XV. Cal. Aug.
A. cl. Icc. XV.

qui perpetuo Vestrorum Nominum Maximorum
cultui me deditum profiteor
M. ALBERTVS FRIDERICVS Freyer.



בָּ

Præloquim.

IN prima de mari æneo dissertatione
fines hujus tractationis liber mihi
ipſi posui. Quos sive transſensos,
sive non completos libere fateor.
Sed ſententiarum adducendarum
copia & diversitas patrocinabitur
cauſa difficulti. Scilicet promiſſum
caput de Colocynthiſ & imagunculis bovinis reſer-
vandum erat diſertationi ſequenti; variis hypotheſibus
de figura mariæ ænei & diametri ad perimetrum propor-
tione adducendis peculiari ſufficientibus diſertationi;
quam ita diſpolui, ut oſtena difficultate præcipua ē
diametri cum peripheria minus accurata proportione,
prolatisque variorum ſententiis meam ſubjunxerim, mo-
deſto quorumvis examini expositam. Conſtabit itaque
haec ſecunda diſſertatio

A 3

Obs.

¶ (6) ¶

Obs. Unica.

De

Maris ænei figura & ratione dia- metri ad perimetrum.

§. I. Circa figuram maris externam, sine orna-
mentis consideratam, determinandam, maximam pa-
rit difficultatem, quod de peripheria ad suam dia-
metrum ratione in litteris sacris occurrit, hanc scilicet ad
illam esse ut 10. ad 30. Ebrai cito se expedient, dicen-
tes in Tr. Erubhin fol. XIV. **כל שיש בחיקפו נ' טפחים טפח:** **שׁכו רוחב טפח:** *Quicquid in ambitu suo babet 3. pal-
mos, illius latitudo est (unius) palmi.* Sed in praefes-
tia ad oculum demonstratur sum, peripheriam ad
diametrum non ut 3. ad 1. sed proxime ut 314. ad 100.
se habere: hoc est, ut $3\frac{1}{7}$ ferre ad 1. Id vero, ut
fiat evidentius notentur

I. Theorematæ,

I. A centro ad tangentem circuli ducta linea
brevissima, est perpendicularis: brevissima autem illa
est, quæ circulum tangit in eo punto, in quo hic tan-
gitur ab externa,

II. Anguli determinantur à suis arcibus, circulo
in 360. gradus diviso.

III. Trianguli cuiuscunque tres anguli sunt æqua-
les duobus rectis: Exhauriunt enim semicirculum f.

b. a.

b. a. c. fig. 1. schem. in diff. 1. circulus autem complectitur 4. rectos. Ergo etiam externus d est æqualis duobus internis oppositis simul summis, nam $h + i + g = 90.$ gr. ut modo dictum; atqui $d + g = 90.$ gr. quia itidem semicirc. constituent: E. $d = h + i$, quia, ab æqualibus summis si idem auferas, residua sunt æqualia. Et si h & i sint anguli alicuius Äquicruri, ad basin sibi invicem oppositi, d est duplum singulorum.

Nam

IV. Äquicruri cuiusvis, anguli ad basin æqualibus cruribus oppositi sunt æquaes. Ex A enim, medio baseos adscendente A g, triangula duo æqualia evadunt, quorum latus A g commune, A i vero æuale A h, anguli autem ad A sunt recti utrinque, nam A g est perpendicularis: Atqui triangula quæ duo latera cum interfecto angulo æqualia habent, tota sunt æqualia: Ergo $i = h$.

V. Angulus ad centrum, est ad communis baseos angulum ad peripheriam ut 2. ad 1. nam respectu trianguli a d e fig. 2., externus $c + a = 90.$ gr. juxta III. atqui $d + e + a = 90.$ gr. juxta IV. Ergo $c = d + e$: sed vero $d = e$ juxta V. nam $d = e$, quia sunt radii unius circuli. Ergo c est duplum d juxta ultima verba III. Consequenter angulus ad centrum est ad eum in peripheria ut 2. ad 1.

Conseq. Hinc angulus ad peripheriam b, insistens semidiametro est rectus sive 90. grad. diameter enim resecat arcum 180 grad.

II. Obs.

II. Obs.

1.) Quod quælibet figura circulo circumscripta, majorem habeat ambitum ipso circulo, & quælibet inscripta minorem: continens enim majus esse contento & hoc illo minus, etiam hic valet: lineas vero, quia hic linearum ambitus indigitatur, dentatas & tortuosas excipi, nisi cæci, omnes pervident.

2.) Quando igitur deprehensuri sumus, peripheriam polygoni alicujus circulo circumscripti (circulo ipso licet majorem) non multum differre à peripheria circulo inscripti polygoni, (licet circulo ipso minori:) quam proxime si non accurate determinare poterimus peripheriam circuli, ejusque adeo ad diametrum proportionem.

3.) Adparer itaque duas demonstrationes desiderari, 1.) proportionis peripheriæ, polygoni circulo circumscripti ad diametrum. 2.) polygoni circulo inscripti. Quibus notatis sequitur ipsa

III. Demonstratio.

1. Pro polygono circumscripto adsumatur e.g. polygoni 180. laterum latus unum g i fig. 3. quod per lineas i c & g c in c. efficiet angulum. 2. gr. juxta II. quæstitum est latus g i, quod obtentis quibusdam datis invenitur, quæ habentur, si triangulum g c i dividas in 2. partes æquales, per h c, ita enim obtinentur anguli ad h utrinque recti, est enim g c i æquirurum, & h c perpendicularis juxta I. Porro angulus g c h =

I. gr.

¶ 9) ¶

I. gr. juxta II. quibus cognitis latere non potest angulus
h g c; nam juxta III. ang. c + h + g = 180. gr. & juxta
dicta ang. $\frac{h}{h} = 90.$ gr.

$$\text{Ergo } c + g = 90 \text{ gr.}$$

$$\text{Sed angulus } c = I. \text{ gr.}$$

$$\text{Ergo angulus } g, \text{ sive } h g c = 89. \text{ gr.}$$

Tandem h c Semidiameter assumatur libere 5000
particularum. Quo facto infero:

$$\text{Ut se haber angulus } g = 89. \text{ gr. } 99999338$$

$$\text{Ad Semidiametrum } h \text{ sive } 5000, \underline{36989700}$$

$$\text{Sic se haber angulus } c. I. \text{ gr. } \underline{\underline{82418553}}$$

$$\underline{\underline{119408253}}$$

$$\text{Ad } g \text{ h, dimid. latus pol. } 180, \text{ latt. } 19408915$$

$$\text{i.e. } 87 \frac{27}{100} \text{ & paulo plus.}$$

Ergo totum latus g i $174 \frac{54}{100}$ sive $\frac{55}{100}$ proxime,
quod 180ies sumtum dabit 31418. circumferentiam po-
lyg. 180. latt. circulo circumscripsi, quarum particula-
rum tota diameter habet 10000. adeoque circumfe-
rentia ad diametrum est ut $3 \frac{1418}{10000}$ ad I.

2. Pro polygono inscripto sumatur in fig. ead. tri-
angulum a f b toti diametro insistens, cuius a b sit latus
polyg. 180. laterum, consequenter angulus a c b erit 2.
grad. juxta II. adeoque b f a i. gr. juxta V. f a b est re-
ctus ex V. cons. consequenter a b f 79. gr. tota dia-
meter

B

ter

ter b f ex hypothesi est 10000. particularum; quæ data sufficere possunt inveniendo lateri a b: siat ergo:

$$\begin{array}{r}
 \text{Vt ang. a 90. gr. } 100\,000\,000 \\
 \text{ad diametrum b f } 40\,000\,000 \\
 \text{ita ang. f 1. gr. } 82418553 \\
 \hline
 & 122418553
 \end{array}$$

ad a b latus pol. 180. latt. 22418553

i. e. $174 \frac{52}{100}$ & paulo plus,

quod 180ies sumitum producit $31413 \frac{3}{7}$ circumferentiam polygoni inscripti circulo 180. laterum, quæ ad diametrum 10000. est ut $3 \frac{1413}{10000}$ ad 1.

Patet differentiam polygoni inscripti & circumscrip-
ti esse $\frac{3}{10000}$ sive 5. particulæ diametri in 10000.
particulas divisa: adeoque tuto posse adsumi propor-
tionem circuli ad diametrum ut $3 \frac{1413}{10000}$ ad 1. In praxi
adsumere licebit ut 314. ad 100.

Quo demonstrato, cum maris ænei circumferen-
tia dicatur 30. Cubitorum, si fiat, ut 314. ad 100. ita 30.
ad veram diametrum, hanc $9 \frac{174}{314}$ cubitorum esse adpa-
rebit, non decem: Posita vero diametro 10. cubitorum,
factoque, ut 100. ad 314. ita diameter 10. cub. ad
circumferentiam, prodibunt pro hac $31 \frac{40}{100}$ cub. non 30.

§. 2.

§. 2. Hoc igitur animadvertentes Autores doctissimi, alius alii insistit hypothesi, qua hisce satisfaciat, sed non omnes æquie feliciter. Prolatus jam sum celebriores sententias, quo facto, & quid in qualibet desiderari possit, ostendo, meam brevibus subjecturus sum.

Spinoza quidem perfictam frontem prodit, errores Scripturæ S. ex hoc loco intentans, sequentia in Tr. Theol. Pol. c. 2. improbe eructatus: *Quia non tene-
mur credere, Salomonem Mathematicum fuisse, licet nobis
adfirmare, eum rationem inter peripheriam & circuli dia-
metrum ignoravisse, et cum vulgo operiorum putavis-
se, eam esse, ut 3. ad 1. Satis pro imperio. Si sane ma-
litia corde abfuerit, dubium non est, quin, cum satis-
acutus fuerit Mathematicus, è datis quantitatibus eli-
cere potuisset figuram maris ænei, qua peripheria pro-
portionem diametro conciliaret.* Conf. Reyberus in
Math. Mos. p. 714. §. 24.

§. 3. Quanto æquiores in Scripturam S. sint illi, qui ipsam ad errorem vulgi loqui ajunt, facile possumus judicare. Refero huc Wilkinsum, Episcopum Cestriensem, qui in Copernico defenso Lib. II. c. 3. quod inscribit, Spiritum S. in multis locis rem exprimere juxta erroneam vulgi opinionem, p. 27. Edit. Germ. exempli loco adfert mare æneum, ubi Spiritum S. accurate loqui noluisse, ait. Licet vero, quod argumenta ejus priora adtinet, scilicet Lunæ magnitudinem, stelliarum numerum, id concedam, quod Scriptura loqua-
tur optice, h. e. ita, uti res nobis necessario ob ali-

quam circumstantiam videtur; ubi tamen observa, exinde, si quis putet, rem revera ita esse, uti sibi videatur, adeoque erret, non posse dici, Spiritum S. loqui ex errore vulgi. Spiritus S. enim non respicit illum errorē, sed respicit nostram \wp_{iv} , quae revera talis est, uti loquitur Spiritus S. Pone enim, Spiritum S. in Sacra S. loqui solum cum accuratissimis Mathematicis, loquetur nihilominus ita, ut cuilibet res videtur, neque vero ad errorē eorum loqui dici potest, nam illi in errore illo, v. g. Lunam esse majorem stellis fixis, constituti non sunt. Licet, inquant, concedam scripturam loqui optice, negem eam loqui ad errorem vulgi: posito tamen posteriori, nunquam concessō, in loco præsenti de mari æneo plane non video, ad quemnam vulgi errorem se accommodarit Spiritus S. Forsan in Scholis Geometrarum tum ita docebatur? an forte inter plebejos géodætas réceptum tum erat statuere, diametrum esse ad peripheriam ut 1. ad 3. Sed vero ipsis instrumentis capacitatem maris quoad latitudinem, profunditatem & peripheriam non solum ante ipsius fabri-cam fuisse delineatam, sed & post illam adplicato fune mensorio, qui \wp vocatur, mensuratam, dubium vix est. Vnde non juvat dicere, latitudine mensurata, decemque cubitorum deprehensa, illatum fuisse: ut 1. ad 3. ita 10. ad peripheriam, i. e. 30.

§. 4. Faciliores sunt, qui numerum rotundum pro exacto poni, adfirmant. Huc pertinent quidam ē Rabbinis, ut R. Levi ben Gerson, cuius verba ad h. l. sunt:

הנה וכי שורה רוחב הים שפטו אל שפטו עשר אמות

אמות וויה עגול סכוב וויה חמש אמות קומתו והנורן
אמרו שקו שלשים באמה וסובל אותו סכוב הוא על רך
קרוב כי החיקף בעגול הוא מוסף על שלשה בשער
בקוטר כמו שכיעית הקוטר בקירוב מעט ואם אמרנו
שברת הקו הסוכב היא לאותה בחלהה וויה יותר
קרוב אל האמת אף וויה בו קירוב מעט כי עבוי הוות
טפח וויה קוטר זולתו עשר אמות פחות שלישית
אמה וויה הקפו בקרוב יותר על שלשים אמה ושלישית אמה

i. e. Memorat scriptura, quod fuerit
latiundo maris à labio uno ad alterum 10. cubitorum ;
quodque fuerit rotundum circum, 5. autem cubitorum
fuerit altitudo ejus : dum vero dicit, quod linea 30.
cubitorum circumderit ipsum circum, si illud ad modum
exprimendi proximum. nam circumferentia figura cir-
cularis addit 3. partibus per diametrum facta estimatio-
ne (s. mensurazione circumferentia) cui septimam par-
tem diametri, quasi proxime minus. (nam 314. ad 100.
est paulo plus quam 3 $\frac{1}{7}$ ad 1.) Si vero dicamus, quod
mensura linea circumferentis sumta sit intra cavitatem ma-
ris, tunc eris veritati propius : nihilominus tamen erit
proxime minus : fuit enim densitas ejus unius palmi,
ad eoque diameter cavitatis (cum 2. palmis densitate)
10. cubiterum minus $\frac{1}{3}$ cubiti. Vera autem & proxima
circumferentia erit supra 30. cubitos ; scilicet uno cubito
unius. (ad eoque 31. $\frac{1}{3}$.) Facile patet, ejus sen-
tentiam esse, scripturam exprimere proxime minus, &
cum dicendum esset, circumferentiam fuisse 31 $\frac{1}{3}$ Cubi-
torum, adsumisse numerum rotundum proxime mino-

rem 30. Cubitorum. Citat *Hottingerus* in not. 4. ad *Goodry. Mos. Aar. L. II. c. I. §. XI.* *Lippmanni* verba ex *R. Mose Ben Maimon. Tr. Erubhin* fol. 1. *כל שיש אמeh באלכון שליח יש בחקיפeh ג' נ' ושביעית בקרוב רפי' שוו' לא ישן לעולם אלא בקרוב לקחו חם בחשבון הנור:*
Quicquid babet in sua diametro cubitum, babet in sua circumferentia 3. Cubitos ו' ל' proxime, quia autem nemo illud accurate comprehendit, sed tantum proxime, sumferunt illi (Sapientes) in computatione (numerum) definitum. Quae licet ad illa verbæ supra ex Erubbini prolatæ pertineant, quia tamen illa vel exemplo maris illustrant, vel ex maris ratione illa posuerunt, non incongrue hoc referuntur. Hujus etiam Sententiae sunt *Menochius & Petrus Martyr, scilicet, circumferentiam esse 30. cubitorum fere, quia diameter ad circumferentiam se habeat ut 7. ad 22, non ad 21. Sed Scripturam minutias negligero.* Pertinet etiam huc alii, ut *Ricciolus, & cuius Almagesti P. II. L. IX. f. 494. Sal. Deylingius, obs. Sacr. L. I. obs. XV. §. 8. p. 67.* hæc allegat: *Numerum hoc loco rotundum pro exactiori ponit; nec certo constare, ad recticula illa in eodem plane fuerit, in quo diameter decemcubitalis, (de quo posteriori infra occurret,) &c.* Verum enim vero Scripturam hoc loco minutias neglexisse, ideo vix est dicendum, quia ex professo rem tractat; numerusque exactus facile haberi poterat. Facit eadem alibi, ubi ex instituto agit, mentionem non tantum totius, etiam unitatis, supra numerum rotundum, v. g. *Nehem. VII. 30. 37.* sed nec partes dimidiis negligit, *Exod. XXV. 10. 17.* monente Cl.

Cl. Melio. Procul enim dubio fune applicato mensura fuit peripheria, in quounque fuerit loco. Posito igitur sumtam fuisse in eodem cum diametro plano, non potuit non ambitus inveniri $31\frac{1}{2}$ fere cubitorum. Si dicturus esset, Scriptorem s. omisisse minutias, mallem dicere omisisse partem, quam totum; si quidem $1\frac{1}{2}$ cubiti omissione nimium fuisset sensibilis, si lector in concipiendo ambitu maris, 30. tantum esset secutus cubitos, qui error non metuendus erat omissa tantum parte dimidia. Hoc vero modo 31. memorasset cubitos, (si quidem in eodem plano mensurasset & diametrum & circumferentiam.) Cum ergo deprehensus fuerit ambitus maris $31\frac{1}{2}$ fere cubitorum concipere porro non possum, quare ibi, ubi oculari experimento numerus producitur accuratus, non eodem modo scribatur. Maxime enim numerus rotundus ibi sumtus deprehenditur, ubi numerus exactus difficulter vel haberi, vel intelligi, aut salvo errore omitti potuit, ut in numero annorum regiminis, ubi facilius (i. e. salvo errore) mensis & dies interdum omituntur, quam inquiruntur: quæ ad mare æneum non quadrant. Quid? quod necesse habeant dicere, Spiritum Sanctum obscure locutum esse, & cum exactam maris descriptionem dare voluerit, dubium tamen reliquissimum, an numerus rotundus statuendus sit in circumferentia an v. in diametro, ibi omisso numero superante, hic addito deficiente, nam utriusque exempla prostant. Et quid eo configendum, quamdiu alia restat via?

s. 5. Occurrunt alii, qui figuram Ellipticam

sta-

Edu

statuunt maris ænei, quorum sententiam ingenij acu-
 mine non plane destitui, ait Cel. *Sturmius* p. 68. dicunt
 illi diametri mensuram fuisse sumtam in conchæ ma-
 jori latitudine, ubi æquabat 10. Cubitos. Hujus sen-
 tentia Josephum fuisse (licet ex ejus descriptione, quam
 video apud *Villalp.* T. II. P. II. L.V. disp. II. c. 26. p. 460.
 & in *Epiſt. N. F. D.* ad finem Tractatus *Bernardi* de-
 pond. & mens. illud videri non possit) lib. 8. Antiqui,
 c. 2. refert *Wilkinsius* in *Copern.* def. I. c. respondet
 vero ipse, scripturæ nos majorem debere fidem, quam
 Josepho, quæ dicat, fuisse exacte rotundum
 circumcirca. Et mirum esset, ait fere *Sturmius* p. 68.
 69. si Spiritus Sanctus data unius spatiæ diametro, al-
 tera reservata lectorem in bivio relinquere voluisset,
 — cum ex utraque diametro peripheria facilius inno-
 scat, quam ex hac & alterutra diametro reliqua; cui
 addit 2. alias rationes contra hanc sententiam, scilicet re-
 liquam templi dispositionem hanc irregularitatem non ad-
 missuram; & elliptica figure corporibus constans dif-
 ficilime parari formas & nucleos. Licet vero ad hæc
 omnia regerere possint adversarii, differentiam à figura
 exacte circulari vix fuisse sensibilem, cum veræ dia-
 metro 9 $\frac{174}{314}$ Cubitorum ad complementum 10. Cubi-
 torum plures non defuerint quam $\frac{140}{314}$ partes unius Cu-
 biti: Nihilo tamen minus, in universum hæc hypo-
 thesis, cum nullo nitatur fundamento, & libere sit ad-
 sumta, libere poterit repudiari.

S. 6. Prodeant illi, qui mare æneum dupli for-
 ma

ma constitisse opinantur; inferius quadrata, superius rotunda. Hæc hypothesis non tam ob conciliationem diametri & perimetri, quam ob batorum differentiam est excogitata, ut 3000. batos mare caperet facilius. Posito enim bato 432. ovorum, 3000. batos in lacu 30. cubitorum circumferentiam, & 5. altitudinem habente, contineri non posse ex observ. IV. diff. I. patet. Ideo quidam supposuerunt figuram duplicem, in quo tamen ipsi diversi sunt, aliis inferiorem partem quadratam 3. & superiore circularem 2. cubitorum altam, aliis contra statuentibus: In eo tamen convenienter, quadrati inferioris latus unum esse 10, adeoque totum 40. cubitorum in circuitu. Sunt hujus sententia Rabbini præsentim, v. g. R. Sal. Isaacides, qui ita:

בתרח' בשלש אמות תחרהנותו שרו מרובעה שך שנינו בגמרא רצירובין שלש תחרהנותו מרובעה, ושותם עלוניות עגולות ואפשר לנו לחkil אלף בת שחים מאחרן וחותמים מקוח טרחה ארבעים אלא בעין וזה כmemo שפרשו רכחותינו בעורובין ועלוניותו מרובע וחותהנותו שעולות אי אפשר לומר וכי כתוב עגול סבוב טשפטו לך חמי' אמר בפקיעים הלו עשר באמה מקייפות את חיק סביב שבמקומות רוכבו וחוופה ארבעים אלה עשר אפס ליכל רוח אבל בטוקום עיגולו אין אפשר לומר עשר באמה סביב: i. e. פקיעם erant sub labio ejus, i. e. in 3. cubiti inferioribus, qui erant quadrati, nam sic discimus ex Eru-bbin: 3. Cubiti inferiores erant quadrati, sed duo superi-ores circulares 3. non enim potuit (mare) comprehen-dere 2000. batos, i. e. 150. reteptacula aquarum munda-

tioniis, (unum autem receptac. quadraginta sciarum,) nisi hac ratione, quemadmodum explicant Rabbini nostri in Erubbin. Superiores autem quadratos, & inferiores rotundos dicere non possumus, quia scriptum est: rotundum circumquaque sub labio ejus. Sic dicit de colocynthibus illis, decem juxta cubitum circumdabant mare, quia in loco quadrature & ejus ambitu erant 40. Cubiti, 10. in qualibet parte, de loco vero rotunditatis ipsius non potest dici, decem juxta cubitum circumquaque. Sic etiam R. Dav. Kimchi ad h. l. cum dicit: מה שאמור מתחת לשפחו ממש אלא מתחת לשפחו רחוק משפטוathy אמרות כי חמיש אמרות היה קוטה הים והשיטים אמרות העליונות היו אקלקטות שלא היו בהם צורות בקרובות ובאותן שבע אמרות היה הים עגול ומחהת אותם שבע אמרות הוה הים מרובע חלול והתחנותו: *i. e. Cum dicit: מתחת לשפחו non dicit sub ora ejus solide (& proxime) sed sub ora ejus remote 2. cubitis, nam 5. Cubitorum erat altitudo marii, sed 2. supremi cubiti erant diversi, quia non erant in iis forme bumm, & in illis 2. Cubitis erat mare rotundum, sed infra illos 2. Cubitos erat mare quadratum 3. inferioribus (cubitum.)* Ejusdem sententiae est R. Leo Juda in Lib. III. de templo c. 8. §. 24. Lyra vero ab his est diversus in Comment. ad I. Reg. VII, constituit enim superiorum partem rotundam 3. cubitorum, inferiorem quadratam 2. quem etiam sequitur Lundius in Iud. Heiligth. L. I. c. 14. p. 307. sqq. qui etiam hanc causam figura inferius quadrata statuenda assignat, quia alias non satis commode potuisse bobus insister. Omnes

mnes illi etiam nituntur hoc fundamento: quod dicitur, פקיעות fuisse עשר באמוח, id illi ita accipiunt, quasi dictum esset in latere decemcubitale. Sed plura sunt in hac sententia, quæ desideres; 1.) si sit de eo Scriptura; quis vero credat, Spiritum Sanctum illam notabilem (si fuisse) differentiam tacuisse? 2.) urgere potius possit, dici סביב געול absolute, circum circa rotundum, adeoque etiam parte inferiori, quis enim Spiritum S. loqui tantum de superiori parte, eos edocuit? Illud עשר באמוח falsissime explicant, & possem sane h. m. ex quolibet quadrato facere rotundum & vice versa. Quod computationem batorum adtinet, assumunt libere 432. ova pro bato, justo plus, adeoque sine admiratione ex hypothesi falsa deducitur alia minus vera. Sed neque sic sibi constant: dicunt ut infra dicendum, 2000. batos liquidi fuisse in mari, i. e. ut supra ex ipsorum hypothesi deduximus 8485714 $\frac{4}{14}$ digitos cubic. Si vero adsumas quadratum inferius 10. cubitorum in quolibet latere, & 3. in altitudine, continebit, computata etiam densitate palmari (ut aliquid ex superfluo concedamus) 4147200 digg. cubic, si cubitus statuatur 6. palmorum, ut illi adsumunt plerumque: 6585600 digg. cubicos autem, si 7. palmorum: Quibus si addas digitos cubicos rotundi superioris 2. cub. altitudinis, ibi 2172336 digg. Cub. hic vero 3449600. conficies in priori 6319536. digitos Cubic. pro toto mari, in posteriori 10035200. horum autem utrumque, quantum distet à batorum numero tam 2000, scil. 8485714.

digg. Cub. quam 3000. 12728571. digg. Cub. nemo est qui non videat. Nec iis felicior res cedit, qui superiori parti 3. cubitorum altitudinem concedunt, inferiori vero quadratae 2. Cubitos: nam ita producuntur pro inferiori quadrato, cubito 16. palmis constante 2764800. digg. cub. 7. autem: 4390400, quibus junctis superioris 3. cubitorum alti concavi digitis cubicis, in priori casu habebis 6023304. digg. C. pro universo mari, in posteriori vero 9564800. neutrum batis conveniens. Quam infirmum igitur sit argumentum illud, facile patet, quia ne hac quidem ratione satisfaciunt. Ratio *Lundii*, quod quieti aptior figura quadrata, vera quidem est in oppositione ad figuram inferius convexam: non tamen concludit, figuram e. g. cylindricam inferius planam non æque esse aptam. Imo hanc esse aptiorem, dicendum est: nam in figura quadrata aut angulos vasis sine fulcro prominentes dicas, aut boves non stetisse juxta relationem Scripturæ S. statuas necesse est; posterius non concedendum, prius elegantia inconveniens: hæc vero irregularitas cessat in figura cylindrica. De ratione diametri ad peripheriam hi Autores ita sentiunt fere, ut in §. 4. hujus obs. dictum: nam & *Lundius* eo inclinat; incertus tamen, an dicendum, in circumferentia sumtum esse numerum rotundum 30. pro 31 $\frac{1}{3}$ manente diametro 10. Cub. an vero potius staruendum, circumferentia 30. cubitos retinere, diametro adsignatum suisse numerum rotundum 10. cum esse deberet 9 $\frac{1}{2}$ proxime.

§. 7. Sequitur *Villalpandi* hypothesis, qui cum
Theo-

Theodoreto, Abulensi, Hugone Cardinale, & Dionysio Caribusano ipsoque Beda maris figuram hemisphaericam defendit; duobus praesertim mixtus fundamentis: 1. ex illo עגול סכיב ex Josepho desumto. Sic enim T. III. App. Vrbis & T. P. II. L. III. c. 18. p. 474. seqq. utraque vox, inquit, עגול סכיב orbicularē indicat figuram, ac si dicat, undiquaque rotundūm, in eo enim differt à cylindrica sphaerica figura, quod illa quamvis rotunda sit, non tamen undiquaque. &c. adductisque LXX. & Chaldaei Interpretum testimoniis, paulo post ait: Josephus rem totam disertis verbis explicat, sic scribens: Fecit vas abencum fusile, ἥπιστος φαίξιον, semiorbis specie. Quod vero rationem diametri ad peripheriam adinet, facit cum iis, qui §. 4. recensiti sunt: ita enim l. c. p. 475. loquitur: demonstratum satis est, proportionem circumferentia ad diametrum majorem esse tripla; quare necessario intelligendum est, aut circumferentia, aut diametri numeros non esse mathematica ratione exactos, sed populari & communi. De posteriori videatur §. cit. Quod vero 2. rationes ejus adinet, 1.) ex סכיב עגול, quod vult, probare vix poterit, nam illud ad unam possim referre peripheriam, & potius reddere circumquaque, quam undiquaque: עגול autem notat quidem rotundūm, sed etiam cylindricūm, conf. 1. Reg. VII. 35. ubi memoratur cylindrus dimidiū cubiti altitudinis 3. uti & LXX. Interpretum εργάγγελον κύκλῳ τῷ αὐτῷ. ad marginem referendum, per τὸ κύκλῳ determinatur ad illam, non ad totam concham; de quo etiam paulo post. Annon 2.) Josephus illam

hypothesin libere adsumserit, ut sepius sine scriptura facit, dispici potest. Sed, ut hoc addam, nec cum batis, ut ille ipse supponit, convenit haec sententia. Prater enim quam quod ejus deductio p. 476. qua batum semi cubito cubico aequali deducit, minus sit accurata, siquidem non tantum crassitatem palmarem undique computat, nec accuratam diametrum nec peripheriam adsumendo; verum etiam in ipsa methodo sit, quod desiderant, quandoquidem Archimedeam pro proxima agnoscunt Mathematici doctissimi, secundum quam hemisphaericum *Villalpandi* mare non 2000, sed 2095 $\frac{1}{4}$ semicubitos cubicos computata densitate contingit; praterquam, inquam, quod haec ita sint; etiam recte se habente licet ejus calculo, batum facit justo minor, scil. semicubito cubico aequali, quem tamen alibi cum Ebrais facit 432. ovorum sive 72. Sextariorum, hoc est Logorum, ut supra dictum. Priori enim modo totum mare hemisphaericum contineret 3620571 $\frac{1}{7}$ digitos cubicos; posteriori vero 2000. bati efficerent 8485714. digg. C. quam discrepantiam qui non vider, leberide cætiorem dixeris. Alia accedit difficultas, scilicet, quod convexitas maris non sit apta, cui boves 12. commode possint substare: obicem quidem huic pone re contendit, affirmato aliquo fulcro, quo mediante mare insistat bobus. Sed quare Scriptura hoc fulcrum mari adfusum filuerit, nullam video rationem. (Sed de hoc plura inferius.)

§. 8. Hos excipiat *Sam. Reyerus*, *Juris & Mathem.*
 quon-

quondam Prof. in Acad. Kil. Cel. De ejus hypothesi supra
 jam aliquid dictum: Hæc autem est in Math. Mos. Tit.
 XXXVIII. §. 24. p. 714. 715. ubi: si, ait, *Spinoza* intel-
 lexisset vocabulam ἵππον facile etiam capere potuisset, ma-
 ris figuram fuisse sexangularē; nam ἵππον līlūm sex
 babet folia, quorum explicatorum cuspides perfectum re-
 presentant sexangulum, unde in Sancta Lingua ḥ̄ se-
 nario numero nomen fortitum est: & §. 25. p. 718. ait:
 deinde stupor hominis (*Spinoza*) inde adparet, quod ne-
 sciat ex proportione circumferentia & diametri proposita
 colligere veram figuram. Quia enim diameter precise
 triens fuit circumferentia, necessario sequitur, mare
 fuisse sexangularē, minime vero rotundum, prout per-
 petram fingit *Spinoza*. An paulo aliter mentem explicit
 Vir Clariss. in Diff. Jurid. Historica de Crucifixi Iesu titu-
 lis, in proœm. alii judicent: ibi enim ait: *Spinoza*
 formam mari non hemispherii ut vulgo pingitur, sed li-
 lii con pallium aperti formam habuisse, non adiendit.
 Sequitur ejus hypothesin D. Sal. Deylingius, in obs. S.
 Lib. I. obs. XV. p. 65. seqq. ubi iisdem fere verbis utitur:
 & §. 10. addit: nec olsat, quod mare hoc יְהוָה dicitur,
 quia non tantum figura perfecte circularis, sed etiam sex-
 angularis suo modo rotunda dici potest. Cel. STVRMIVS
 in eo adfentitur huic sententia, quod circumferentia
 labii fuerit sexangularis, concha autem rotunda; (ubi
 observa etiam Reyerum in diff. alleg. eo se vertere.)
 Hæc enim sunt ejus verba p. 70. diff. Fatoꝝ, cel. Rey-
 beri hypothesin hac in re mihi maxime arridere, nisi quod
 malim, corpus ipsum conche rotundum, non sexangula-
 re,

re, quemadmodum lilyum labiorum extremis atibus sexagenium format, in se tamen rotundum est. Quemadmodum vero, pergit, Clariss. Autor Spinoza merito vitio veritatis, quod, utut Matheos gnarus nesciat ex proportione circumferentia ad diametri proposita, colligere veram figuram, ita interpres ex eo ipso debuissent colligere, figuram labii maris neutquam fuisse circularem, quia circumferentia una cum diametro memoratur, quod in circulo superfluum fuisse; in eo enim cognita saltem diametro, circumferentia latere amplius non potest, ceu probe monet Cl. MEL. p. II. Duobus igitur, ni fallor, nituntur argumentis Viri doctissimi; 1.) ratio circumferentiae maris aenei ad diametrum suam dicitur exacte tripla, ergo talis erit figura, quæ hanc proportionem admittit, ea vero nulla est, nisi sexangularis. 2.) inhaerent verbis: שׁוֹרֵשׁ פְּרַח שׁוֹרֵשׁ ajunt, dici à sex וּ quia non tantum sex foliis, sed & figura sexangulari gaudet; ejusmodi autem dicitur fuisse mare aeneum: quibus Cel. Sturmius addit tertium: scil. si mare fuisse etiam in labio rotundum, non opus fuisse determinatione circumferentiae, quæ facile è diametro data poterat innoscere. Sed his 3. 2. alia opponere liceat argumenta: 1.) Verba סְבִיבָה non tantum ad maris cylindrum inferiorem, sed & ad labia pertinere, inde patere potest, quia sine majori distinctione, omniq[ue] restrictione statim subjunguntur verbis מְשֻׁבֶּת עַד שְׁפָתָן nam Geresch in עַרְשָׁפָתָן dominum majorem Rebhia in סְבִיבָה habet, ita ut verba sic sonent: decem cubiti à labio ejus uno ad

alte-

alterum circulariter, hoc est, in qualibet circuli parte à labio opposito ad oppositum erant 10. cubiti. Specialis hoc exprimunt LXX. per εργγύλων κύκλων τὸ σύντο: rotundum ipsum, licet enim vocem εργγύλων possis referre ad θάλασσαν, dialecto Attica: verba τὸ ἀντὸ τamen illud recusant, Neutrum inferentia, referenda ad τὸ χεῖλον marginem, quo ipso restringunt etiam illud εργγύλων κύκλων in Loco parall. Chron. ad ipsam marginem. 2) Si dicamus, mare æneum fuisse sexangular, vel cum cuspidibus, vel sine cuspidibus liliiformibus, dubia esse potest mensura ē textu. Si enim cuspides addas, quis edocebit an mensura à cuspidē ad cuspidem oppositam sit sumta? annon scriptor sacer ejus est intentionis, ut doceat latitudinem maris? illam autem exactius se dare sine dubio animadverterat, si à spatio inter 2. cuspides interjecto usque ad idem oppositum dedisset. Si autem dedit hoc posteriori modo, annon etiam circumferentiam ea ratione determinet? ibi autem erit circumferentia circularis, ut ipse Cel. Sturmius concedit: Si vero Reyberus in Mathesi, sive Deylingius statuant, etiam ibi fuisse sexangular, tunc non modo עגול סכיב prorsus repugnabit, sed & dubium erit, an diameter illa sit sumenda ab angulo Hexagoni ad angulum, an a latere ad latus: si dicant, ab angulo ad angulum fuisse sumtam, docere circumferentiam, quæ dicatur 30. Cubitorum, a latere vero ad latus non esse 10. Cubitos: respondeo, non solum repugnant verba משבין עיר שפטו a labio (non angulo) ad labium; sed & hoc ipso motus quis dicere posset, 10. cubitos fuisse a latere ad latus,

D

id

id vero quod ipsi de circumferentia adferant, quæ hoc modo esset justo minor, aliorum referre. Hæc omnia autem evitatuturus *Deylingius*, dicit : etiam Sexangulari-rem figuram dici נָסָע rotundam, sed ad hoc responsum in obf. V. diss. I. Ad ipsorum argumenta facilis erit responsio. Primum tum procederet, nisi mare rotundum diceretur clarissime : & si vel hoc non diceretur, probandum esset, circumferentiam illam datam pertinere ad datam diametrum ; dubium de hoc è ratione tertia ipsius Sturmii potest oriri : nam data diametro peripheria ejus facile innotescit etiam in sexangulo ; (loquar ex hypothesi illo-rum Autorum , dubitari enim potest, an hæc proportio tempore Salomonis fuerit cognita;) dicens : dubium vero esset, an peripheria circularis an sexangularis juxta dia-metrum 10. Cub. debeat effungi , nisi 30. Cub. illa dice-retur : Respondeo ex ipsorum hypothesi : figura maris, quod fuerit sexangularis cognosci poterat è verbis פְּרַח, & quidem à rudioribus facilius (loquor ex eorum hypoth.) quam è circumferentia 30. & diam. 10. ideo sola data diametro & cognito, figuram esse sexangulari-rem facile erat concludere circumferentiam esse 30. cub. adeoque (nisi alio referenda esset circumferentia illa) neque in sexangulo opus fuit , eam indicare ; & argu-mentum in ipsos retorquetur. Dicent ergo 2. vocu-lam נָסָע totam dirimere litem : Sed licet hic non de-labamur ad eam sententiam , ut cum Paraphr. Chald. Hic subintelligamus בְּנֵי בְּנֵי quasi sculptura liliorum fuerit in mari , sive ejus labio , ut adeo non de figura la-bii maris dicatur , sed de ornamentis ipsius : licet etiam non

non disputemus hic, an ירְשָׁה dicatur אֶת שָׁשׁ, cum satis dubium sit, ut in obs. VIII. dis. I. vidimus; & si concedamus etiam, dubium tamen sit, אֶת sex foliis dictum tantum, an etiam simul אֶת figura sexangulari; cumque prius simplius sit, & sexangularum in inferiori saltem liliorum parte concipi vix queat, argumentum pro figura maris inde cessaret; alia tamen responsio est in promtu certior: scilicet illud פַּרְתָּה שִׁוְשָׁן determinari debet, è praecedenti מעשָׁה שְׁפָת כֹּס : manifestum est כֹּס שְׁפָת non dici אֶת sexangulari figura poculorum, qua insolens, conf. obs. VII. nec etiam אֶת rotunditate, ut quidem Chaldaeus putat, addens: סָלָג, naim labii liliorum hoc non conveniret; sed verus & simplicissimus sensus est, labium maris fuisse ut labium calicis ratione elevationis, quia scilicet erat repandum & paululum retrosum recurvum labium maris: & eodem modo comparatur cum labio floris יְשֵׁנָה nam כֹּס שְׁוֹשָׁן non solum cum כֹּס sed & cum פַּרְתָּה esse in regimine, accentuatio docet; hæc autem comparatio cum labio lili non debet referri ad totam figuram lili, alias textus secum pugnat, in eodem hemisphærio labium maris dicens modo אֶת quale poculo, adeoque rotundum, modo אֶת quale lilio, & angulatum: sed tertium comparisonis est elevata gibbositas labii, qua & poculo & labio lili competit, qua ratione nulla est pugna; אֶת parte autem non est concludendum ad totam, nec simile extendendum ultra tertium Comparationis. Quod tertium argumentum אֶת Sturmio additum ex Melio adinet, illud quidem non tantum modò in ipsos retrosumus, sed

D 2

&

& infra ostendemus ; pro nostra contra illos istud facere sententia . Nec in universum stringit hoc argumentum , qui enim circularem defendunt figuram , & numerum rotundum , facile roriquebunt hoc modo : ne quis ex verbis יְהוָה שָׁמָךְ male intellectis argueret , mare fuisse sexangulare , ideo additam fuisse circumferentiam circuli . Nos vero inferius hoc argumento usuri , non tam ideo circumferentiam aliò referendam dicemus , quia diameter jani indicata . (sicut idem in nos regeretur) quam ideo , quia cum diametro non convenit , adeoque argumento suus constabit valor .

§. 9. Diversa est sententia *Angli cuiusdam* , litteris initialibus N. F. D. in Epistola ad Clariss. Bernbardum , sub juncta ejus Tr. de pond. & mens. nomen suum professus : Constituit is superius aliquem cylindrum , altitudine . i. Cubitum æquante , diametro vero 10. cubitos , circumferentiamque metit ut statim infra marginem 30. cubitis , ubi cylindrus est angustior . Dein vero supponens unum batum æquare pedem Londonensem cum ipso Bernardo , assumensque pro mari 3000. batos , ducit figuram maris ita , ut à cylindro inferius dilatetur in formam hemisphæroidicam , donec 20. cubitorum diametrum obtineat . Occasione hujus descriptionis summis ex Eupolemo , Iosepho & partim Scriptura S. intendit enim hypothesin aliquam , qua horum trium definitionibus maris ænei satisfacere queat : cœterum ipse pag. ult. dubius est , an prototypum maris expresserit sua delineatione . Licet vero (modone cylindrus nimis brevis esset)

esset) non sine ratione (ut statim audiemus) Autor diametrum in superiori parte posuerit, circumferentiam inferius metiens, (repudiante licet Cel. *Sturmio*, ad quæ respondebimus.) figura tamen inferior dubia est maxime. Ex *Eupolemo* certe infallibilem ejus descriptionem haurire non potest, qui dicit, fuisse latitudinem maris 20 Cubitorum; præsertim si *Villapandi* conjectura valeat, quod pro 1 sit positum 2, adeoque pro 10. 20. nec de bato certus est: quin & Scriptor Sacer sine dubio figuram inferiorem, saltem quoad diametrum descripsisset, si talis quidem fuisset: quare enim solius superioris cylindri juxta externam figuram faceret mentionem, qui minima fere pars h. m. foret.

§. 10. Sequitur Cel. Dn. *Conr. Melii* hypothesis, quam peculiarem esse ex *Sturmii* diff. congnovi. Scilicet animadvertis, mare æneum describi circa singulas fere partes, *cupam* autem inferius sine dubio concipiendam, non memorari, quæ tamen non minima maris pars, observansque, illud קן שלשים באמור si de peripheria explicetur, difficultatibus non carere, in eam devenit opinionem, per ים innui non peripheriam sed cupam, inferius mare cingentem. Coeretur vero ipsam concham statuit rotundam, fere hemisphericam, cylindro tamen facile æquandam, cum labio foliiformi, licet non sex, sed plurium foliorum: atque indicata diametro non opus esse peculiari adnotatione circumferentia, quippe quæ ob formam maris indagari nequeat, quia mare non fuerit segmentum globi regulare

lare, nec candem ubique cylindri retinebat æqualitatem.
 Probat ergo, יְהֹוָה vel יְהֹוָה esse receptaculum aquarum,
 cuius hoc loco linea diagonalis sit 30. cubitorum, ad
 eoque unum latus, ut ait, 20. Sed quod ad primum
 adtinet, scilicet diametro nota non opus esse circumfe-
 rentia, de eo jam dictum, & dicetur, alia ratione huic
 posse obviam iri; quod vero addit, ob figuram maris
 peripheriam indagari non potuisse, illud quidem verum
 est de peripheria undique æquali in tali figura, quam
 ipse delineat; nam præterquam quod illa figura non ju-
 beatur ullibi, in certo tamen loco sive excrecentis sive
 decrescentis conchæ circumferentia determinari pote-
 rat. Quod vero alterum adtinet, scil. יְהֹוָה denotare
 receptaculum aquarum; invenimus quidem in lingua
 Sancta Rad. יְהֹוָה in Classe Niphal significationem con-
 gregationis, confluentia (Gen. I. 9.) habere, ut & no-
 men inde descendens, licet ex Kal formatum, מִקְדָּשׁ
 Esa. XXII. II. & מִקְדָּשׁ Gen. I. 10. Exod VII. 19. Lev. XI.
 36. & in Paraphr. Chald. Esa. I. c. מִקְדָּשׁ & apud Rab-
 binos מִקְדָּשׁ in significatione conceptaculi aquarum
 occurrentia, sed יְהֹוָה sive יְהֹוָה in his equidem non occurrit,
 nisi in significatu filii, linea, regula, amnis, quo in 14.
 locis יְהֹוָה in quibus præter nostros, (qui quidem jam sunt
 in controversia) invenitur, semper gaudere animad-
 vertitus, nunquam conceptaculi, aquarum: יְהֹוָה vero
 ut hæc obiter moneam in 3. locis scriptum Masorethæ
 mutant, substituentes ad exemplum reliquorum יְהֹוָה, in
 loco nostro I. Reg. VII. & Jerem. XXXI. 39. it. Zach. I.
 16. Non vero jam disputabimus, an Masorethæ tantum

ex-

explicuerint vocem rariorem in margine, per frequen-
tiorem, an in diversis codicibus diverse reperta, uno
quasi intuitu voluerint ponere ob oculos; illud tantum
dicimus, posse utique salvare in istis locis, ut le-
gas קור ad formam (non קור אפנ gas קור ad formam
ob non mutatum in regimine Jerem. l. c.) quemadmo-
dum ad formam מבחן & משחח ad f. מסך
ut adeo non opus sit, cum Ludov. de Dieu ad Zach. I. 16.
dicere, esse ה paragogicum, ut in ליל ex לויל, aut
Chaldaismum, qui nominibus etiam masculinis Hebreo-
rum adfigunt ה, ut pro פשרה Dan. II. 7. pro מיל
ה c. II. 11. -- nec mirum esse Zabariam, qui circa
idem tempus (Danielis) vixerat, chaldaismos imitari.
Quid enim dicet Ludovicus de loco praesenti I. Reg. VII. ?
num dicet, Chiramum Tyrium ita vocasse sua dialecto?
vel aliud notare, scilicet cupam? Sed ita obstant reli-
quia 2. loca, ubi manifeste notat filum seu funem men-
sorum. Sed suis quoque difficultatibus premitur sen-
tentia Doct. Dn. Melii; illa enim verba: קו שלשים באמה
ו יסוב אותו ita explicanda sunt, ut vel dicat 30. cubitos
fuisse cupae circumferentiam, seu circularem, seu qua-
dratam, sive aliam, vel esse unum latus quadrati,
vel diametrum circuli, vel diagonalem quadrati.
Circumferentiam verba simplicissime significarent, sed
hoc non statuere potest Vir Cl. nam ε data diametro
maris illud saltē poterat concludere, concham fore ejus
magnitudinis, ut siphones capitulorum, quos constituit,
bovinorum aquam longius promitterent, quam ut à cupa
30. cubitorum in circumferentia, potuissent excipi; ergo
alio
mnib.

alio deflectit; animadvertisens vero, si dicat 30. cubitos esse diametrum circuli, vel quadrati unum latus, cupam fieri majorem, quam ut ab atrio capi posset, (quod fatetur referente Sturmio) dicit 30. illos cubitos esse lineam diagonalem totius quadrati, cuius unum sit 20. cubitorum. Verum facile patet, ipsum non hypothesin textui, sed textum hypothesi coactum conformare ; Scriptor Sacer sine dubio verans circumferentiam, sive unum latus alterum nominasset, si illius cupae ideam aliquam voluisse exprimere, unde rectissime contra eum Cel. Sturmius p. 71. Mibi, inquit, videtur plane insoliti quid esse, quadratum diagonali sola indicari, cum eadem pluribus figuris communis esse queat : notum etiam est, quadrati diagonalem 30. cubitorum, latera non 20. sed 22.¹²₁₀₀ cubitorum confidere, immo lateribus plane incommensurabilem esse, ceu ex Radicem extractione statim constat. Quod ultimum ideo urgeri potest, quia exactam maris descriptionem Scriptor sacer sine dubio intendit ; data autem diagonali accuratum quadratum elici non potest, quia sunt incommensurabilia, Interim data diagonali 30. si Pythagorica insistamus methodo, neque cum Cl. Mel. 20. neq; cum Cel. Sturmio 22. sed 21. & paulo plus pro uno latere elicimus ; si enim concipias quadratum per diagonalem in 2. partes divisum , habebis 2. triangula rectangula, quorum basis alteri lateri perpendiculari erit æqualis ; si ergo hypotenusa (antea diagonalis) 30. cubitos ducas in se ipsos, ut habeas quadratum 900^o, & lateribus reliquis, quia sunt æqualia , singulis adtribuas hujus dimidium

dium 450. extracta radice habebis pro uno latere 27,
& paulo plus. Quicquid sit, phrasis בְּנֵי שָׂבָט בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Scripturæ usitata est de circumferentia indi-
canda, conf. 1. Reg. VII. 18. ubi pro יְהֹוָה est טוֹבֶל filum,
sicut & in nostro loco Chaldaeus transfert: וְשָׁמָן וְהַ
filum menorum. Quare autem cupa non menore-
tur in diff. seqv. forte occurret,

§. II. De LXX. Interpretum Conciliatione ali-
quid addendum restat, antequam nostram proferamus
sententiam. In Texu Græco i. Reg. VII. ea est discre-
pantia à Texu Ebræo, ut circumferentia mari non di-
catur 30. sed 33. cubitorum. Ex Villalpandi T. III. Adpar.
P. II. L. III. c. 18. p. 476. rectione Theodoretus hæc ita
conciliat: diametrum interiorem esse 10. cubi, quibus
si jungantur crassitie palmus hinc & palmus illinc, con-
sci undecim cubitos, qui triplicati (supponit propor-
tionem diam. ad perim. ut 1. ad 3.) producant 33. circum-
ferentia. Cui tamen duo refragantur: 1.) quod sup-
ponat 2. palmos crassitie æquales uni cubito, quem,
prefertim 7. palmorum ne 2. spithame quidem sive
palmi majorēs æquant. 2.) falsa proportionis inter dia-
mētrum & perimetrum suppositio. Villalpandus proin
l. c. alio modo conciliare nititur: dicit, LXX. exactam
proportionem diametri ad perimetrum observasse: si
enīm cubiti 33. redigantur ad palmos per senarium, scil.
198. & inferatur, ut 22. ad 7. ita 198. ad diam. pro-
dire 63. palmos diametri, i. e. 10. cubitos, superantibus
3. palmis, quorum unus cedat crassitici hinc, unus illinc.

tertiique duo digiti labio prominenti hinc, duo prominenti illinc. Verum enim vero, si nihil est, quod his contrarieatur, sola textus verba diversum suadent, quæ dicunt, à labio ad labium esse 10. cubitos, adeoque 10. cubiti universam latitudinem maris ab uno extremo ad alterum jam exhauiunt. Dico, hæc nos non reddere sollicitos, præsertim cum quidam Codices in utroque loco legant τριάντα.

§. 12. Cum itaque haec tenus' aliorum sententias examinaverim, jam restat, ut meam subjiciam examinandum aliis; quod fieri proponendo & applicando primum, dein defendendo. In Schemate, quod primæ dissertationi jam adnexum, cylindricam maris figuram statui à summo ad imum, hæc enim opus erat, ut bobus commodius posset insistere, וְכִבֵּשׁ לְעֵל idem suadente: Prominentiam ventris non duxi necessariam, quia unam tantum circumferentiam dat textus, cum alias duæ fuissent dandæ, nisi dubius dimittendus foret lector. Altitudinem maris i k constitui 5. cubitorum; supra b feci prominentiam labiorum 6. digitorum hinc & 6. digg. illinc, quæ à b jam recurvari cœpta putari potest, donec crescente prominentia in a desierit. Et cum diametrum inferiorem c c five e e dedi 9 $\frac{6}{11}$ Cub. additis 6. digg. labiorum hinc, 6. illinc, sive accuratius $\frac{5}{11}$ cub. obtinui diametrum a a 10. cubitorum, ita, ut labiorum peripheria adæquarit 31. Cub. 2. palm. 3 $\frac{1}{2}$ digg. ipsius conchæ vero in c vel e mensurata circumferentia, conficerit 30. cubitos exacte.

§. 13.

§. 13. Jam dicta ad textus normam examinabo.
 Describitur maris figura in v. 23. & 26.. a.) in genere,
 quod fuerit **עֲגָלָסְכִּיבָּ**, ex quo cylindrum deduxi, illud
 enim **סְכִּיבָּ** ad peripheriam cylindricam, (licet non he-
 misphæricam) retulisse sufficit: sub illo autem etiam la-
 bium intelligi, supra dixi, quare labium rotundum, non
 angulatum feci. Obtinui tamen labium *quasi labium*
poculi & florii lili, scilicet ratione elevationis juxta v.
26. Præter generalem hanc descriptionem rotundita-
 tis intendit Scriptor S. describere b.) maris ænei, quod
 figuram adtinet, latitudinem summam, altitudinem,
 circumferentiam & crassitatem. De altitudine & crassi-
 tie nullum est dubium; illa 5. cubitis definita, hac uno
 palmo: ubi tamen ratione altitudinis observa, Cel.
Sturmium, aliosque concedere, crassitatem fundi unius
 palmi esse 5. cubitis commumeratam. Quod igitur
 latitudinem summam adtinet, dimensio illius accura-
 tor fieri non poterat, quam adplicato in labio maris
 filo mensorio, eoque extenso usque ad accurate oppo-
 situm labium; quod factum videmus, designata lati-
 tudine à labio ad labium sive diametro summa 10. cu-
 bitorum, plane, ut in schemate adparet. Labia vero
 superius in metallum tensæ dessisse, figura labiorum
 poculi innuit, si vero mavis crassitatem fuisse eandem,
 concedetur tamen, illam in mensurazione latitudinis fuisse
 commensuratam ut in altitudinis designatione factum
 concedunt, ita, ut cum 2. palmis crassitiei 10. cubiti
 latitudinis fuerint. Ita descripta diametro labiorum, le-
 gorem, cuius hæc scire intererat, latere non poterat

ipsa labiorum circumferentia , quæ facile infertur ex diametro 10. cubitorum , (quæ & sequentia saltem ex hypothesi Autorum supra adductorum concludent ; nisi & illorum , qui hanc proportionem demum post Salomonem ab Archimede primum detectam post Salomonem , recte afferunt , ut jam dictum .) Sed quia non indicavit prominentiam labiorum ultra concham , ex qua ad ipsius concha circumferentiam concludere licet fuisse , opus fuit speciali denotatione circumferentiae concha ipsius , quæ dicitur 30. cubitorum exacte , mensurata scilicet in parte conchæ ab omni prominentia ornamentorum libera , scilicet in c c five e e , quæ cognita diameter conchæ fugere neminem poterat , cuiusque vera proportio circumferentia ad Diametrum inventuit , scilicet $9\frac{6}{11}$ cubitorum , uti delineavi . Nam go. illos cubitos ad diametrum 10. cubit. referre nolo , quia illa circumferentia ejusmodi diametro non convenit . Ita sane nihil obscuri restat ; neque ulla pugna principiorum mathematicorum cum Scriptura S. aut aliud inconveniens poterit allegari , cui hoc modo fieri non possit satis .

Solus quem legi , (reliqui enim , ut Ricciolus apud Deylingium dubii sunt) Autor Anglus sapientius citatus , diametrum datam alio loco metitur , quam circumferentiam : neque tamen dum ego idem facio sum ejus sententia , cuius ipse ; is enim circumferentiam non toti conchæ , sed tantum collo maris cylindrico angustiori adplicare potest , quo incommmodo hoc modo sum liberatus .

S. 14.

§. 14. Sed dicta jam etiam defendenda sunt.
 Circa figuram in genere non video quid possit moveri,
 ad quod jam antea non sit responsum. Circa dimen-
 sionem vero illud objici potest, quod Cel. Sturmius
 p. 69. monet: *Nolle cum Autore Anglo aliusque dia-
 metrum in latiori parte, circumferentiam in angustiori
 quarere, illamque in summo à labio ad labium, banc
 paulo infra labia metiri. Rationi pariter, ac consuetu-
 dini bic metiendi modus adversus, omnisque usus expers
 est.* Valent hac quidem contra ejusmodi figuram ma-
 ris, quam Anglus supponit: & esset, fateor ille me-
 tiendi modus rationi & consuetudini adversus, si in cy-
 lindri cujusdam ambitu denotando, ambitus mensura-
 retur ibi, ubi cylindrus est angustissimus, & illa men-
 sura indicata silentio involveretur ambitus amplior; qui
 mensurandi modus utique omnis usus est expers, quis
 enim occultis reliquis circumstantiis ex angustioris cylin-
 dri mensura, colligat ampliorem? Sed cylindri ali-
 cujus undique æqualis, qualis est noster, determinare
 circumferentiam diametro omissa, illud *negue rationi
 & adversum;* quid enim, si scriptor facer labii diamet-
 rum & circumferentiam dedisset? an inde conchæ
 magnitudo elicienda erat? non video: Ergo conchæ
 peripheriam specialiter determinare voluit, diametro
 ejusdem hoc modo non amplius occulta. Quia vero
 labii circumferentia à conchæ circumferentia erat di-
 versa, ergo illa quoque erat designanda; quod itidem
 fieri potuisse mensurando ambitum, sed placuit Scri-
 ptori S. diametrum metiri, ex qua circumferentia cor-

cluditur, præsertim cum diametri mensura continetur numero exacto, circumferentia non item: Neque hoc modo modus hic mensurandi aduersus est consuetudini; quid enim usitatus, quam diversarum in corpore aliquo dimensionum diversas designare mensuras; quod ipsum adeo usus expers dici non potest. Sed pergit contra labium insurgendo: *Incidunt autem in Scyllam, qui hac ratione difficultatis illius Charybdim evitare volunt.* Nam diameter circuli 30. cub. conficit 9 $\frac{6}{11}$ cubitos. Ita vero labia tantum $\frac{5}{11}$ cubiti h. e. 6 $\frac{3}{22}$ poll. prominuissent, quod non tantum respectu tam pauci corporis plane incongruum, ac pro labio calicis vel lili penitus ineptum, verum etiam reliquis templi numeris simplicissimis indecorum fuisset. Verum marginem 1 $\frac{1}{2}$ palmi (ut paulo ante deduxi) satis esse proportionatum cylindro 5. cubitorum alto, 30. ambitu complectenti crediderim: & si cui de hoc dubium esset, supponeret figuram talem ut à b repandam elevatam conciperet usque ad a, quæ figura labio poculi & lili sane proxima est; neque adeo incongrua aut inepta & indecora, sed satis convenientis reputanda est. Quid? quod omnia templi instrumenta ad nostram architectonicam in omnibus exanimare vix liceat.

Vltimo loco memini, *Wilkinsium* in Copernico defenso l, supra cit. contra hanc hypothesin, (alio loco diametrum esse sumendum alio perimetrum,) obiecere: *refragari scripturam, que dicat, mensuratio-*

nem

nem factam esse ad idem. Cui tamen ipsi scriptura
diserte refragatur, nisi dicat *ad idem* idem esse ac *in*
eodem versu; quod vero nihil concludit. Nam ne
in una quidem serie memorat scriptura mensuram dia-
metri & perimetri, sed indicata diametro, interjicit
altitudinem, tum demum circumferentium adjiciens,
& quidem ralem, quæ diametro datae non convenit,
quod de Scripturæ eertitudine persvaso, indicium prä-
bet alio referendam circumferentiam, alio diametrum:
figuram enim sexangularem & numerum rotundum
supra removimus,

Hæc nostra est sententia simplicissime & pro-
nissime è textu fluens, neque vero Philosophiæ con-
traria: ex qua quid Athei hujus loci objectione
proficiant, judicent cordatores. Reliqua
σὺν Σεῷ brevi sequentur.

Pag. 9, lin. ult. legitur 89. pro 79. p. 22. lin. 4. vocabulum.
pag. 7. lin. 4. 10. & 11. legit 110. pre 90.



16 (6) 23

... der demnach ... und so weiter ...
... die noch ... und so weiter ...
... und so weiter ...
METAMORPHICO

... der demnach ... und so weiter ...
... die noch ... und so weiter ...
... und so weiter ...
METAMORPHICO

... der demnach ... und so weiter ...
... die noch ... und so weiter ...
... und so weiter ...
METAMORPHICO

... der demnach ... und so weiter ...
... die noch ... und so weiter ...
... und so weiter ...
METAMORPHICO

... der demnach ... und so weiter ...
... die noch ... und so weiter ...
... und so weiter ...
METAMORPHICO

... der demnach ... und so weiter ...
... die noch ... und so weiter ...
... und so weiter ...
METAMORPHICO

... der demnach ... und so weiter ...
... die noch ... und so weiter ...
... und so weiter ...
METAMORPHICO

01 A 6633




3

5b.

KD 78
DA





היקף וקוטר הים מוצק:

SIVE

DISSERTATIONVM
PHILOLOGICO-MATHEMATICARVM

DE

MARI ÆNEO TEM- PLI SALOMONEI,

SECUNDA,
SISTENS MARIS ÆNEI FIGVRAM ET RATIONEM DIAMETRI
AD PERIMETRVM

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

Dn. GVILIELMO HENRICO

SAXON. JVL. CLIV. MONT. ANG. ET WEST-
PHALIAE DVCE, &c.

IN ACADEMIA JENENSI

SVPERIORVM CONCESSV BENEVOLO

AD D. AVGUSTI, c̄o Iccc XV.

VENTILABIT

PRÆSES

M. ALBERTVS FRIDERICVS Greher/

RESPONDENTE
JOH. PAVLO HAASIO,
VVACHSTENA-FRANCO.

IENAE, TTPIS VVERtherianis.